

verò temporis momento, brevique durabit, nec illum progressum faciet, cum, ut aiunt, mendacia pedibus unca sinus veritas perfilit, mendacium per se ipsum corruit.

102. Plal. 61. Hebr. 1. Ait Regius Vates Psalm. 61. num. 12. Semel locutus est Deus. Apostolus Paulus Hebræor. 1. num. 1. Multifarie, multisque modis olim Deus loquens Patribus nostris, ex quo magna exoritur quæstio apud sanctos Patres D. Chryloft. August. Dionysium, quomodo hæc cohæreant inter se; si enim semel locutus est, quomodo multifarie, multisque modis? Illud semel loquens est Deus explicat D. Hieronym.

Nimia Dei Num locutus est Deus. Theodoretus: Constante locutus sit, sic tamen inter se sunt conexa, cohærentia ac invariata; ut non tamquam plura, sed ut unum quid reputentur D. Hilarius ait: Quæ sunt cognita necesse est ea sibi esse connexa. Ad quod spectat id quod dicitur de sponsa multa loquente in Cant. 4. numero quarto. Eloquentium tuum dulce: multa enim verba unum eloquium dicit, ob multam ejus cohærentiam, & conformitatem.

Actor. 6. num. 15. Et intuentes eum omnes, qui sedebant in Concilio, viderunt faciem ejus, tamquam faciem Angeli.

Versiones

CVM EXPOSITIONE VI.

103. Syrus. Arabic. Syriac. Vers. 15. Intuentes eum, Syriacus Intuiti sunt eum. Arabicus: Intuens autem eum congregatio. Ob novum splendorem relucens in facie ejus, viderunt faciem ejus. Syriacus: Conspicua sunt vultus ejus: tamquam faciem Angeli, ex quadam pulchritudine, ac claritate divinitus data ad declarationem suæ sanctitatis, puritatis, ac luminis suæ doctrinæ juxta illud Christi Domini: Vos estis lux mundi: Ut ita Stephanus magis mirabilis videretur, & sic ipsi à sua malitia retraherentur, & eum libentius audirent.

QUÆSTIO XIV.

Quare facies Divi Stephani tamquam Angeli resplendebat?

104. Lux Stephani ut vel. Glolla. Hugo. D. August. E. Nil. Divus Stephanus eleganti, & pulchra facie erat, sed hæc nova claritas, novisque splendor ei additus est: ita omnes Glossæ, & Hugo D. August. ferm. 99. de Diversis ait: Faciem Stephani radasse instat solis. D. Nilenus oratione de S. Stephano ait: Angelicum decorem, & mutationem faciet in Angelicam formatam habuisse. Unde illi tantus splendor ac lux inquirendum.

105. D. August. Tertull. D. Hier. Beda. Carthul. Primo D. August. ferm. de Sanctis, Tertullian. lib. de Resurrect. cap. 55. in præfenti D. Chryloftomus, Beda, Carthianus, Damianus citandus faciunt comparationem de vultu Stephani resplendente cum facie Moysis radiante, Contulit Deus Beato Stephano splendorem, ac radios corporis gloriosi, quales tribuit Moysi, inter utramque tamen magna erat differentia; nam in lucem à vultu Moysis non poterant filii Israel intendere. 2. Corinth. 3. num. 13. at in lucem à vultu Stephani erant omnes intuentes, & intuentes: Lux Moysis utpote legis veteris erat imperfecta, & caliginosa, quæ excæcabat, & percutiebat oculos, ideoque non poterant filii Israel in eam intendere: at lux Stephani erat à lege Evangelica, quæ ut valde perfecta acue-

2. Co. 3. Lux antiqua excæcabat, Evangelica illuminat. bat visum, & illuminabat, juxta verba Christi D. Vos estis lux mundi & ideo omnes erant intuentes, & intuentes in faciem Stephani. Secundo D. August. lib. 15. de S. Stephano sic ait: 106. D. August. Adaperitis Cæli: aspectus miratus est confessoris, & caput tamquam Sol illustratus justitia ut splendere, ut humanam speciem non habeat: ipsi patentibus Cælis, ipsi testantibus inimicis. Nam stabat in medio laporum, & erat facies ejus tamquam facies Angeli. Stephanus homo luteus, & carneus cum staret in medio laporum, ac inimicorum eum Cælis aperitis à regione contemplatur Jesum, & ex radiis suam majestatis in eum reverberatis, sic cepit splendescere, ut non homo, sed Angelus videretur.

De Joanne Baptista ait Christus D. Matthæi 11. numer. 10. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam, & præparabit viam tuam ante te. Omnes Prophetæ, qui venerunt ante Christum ad præparandam viam ejus sunt missi, cur solus Baptista Angelus est appellatus? D. Chryloft. in Imperfect. homil. 27. in Matth. ait: Quomodo de solo Joanne, quasi de gratia singulari est judicium: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam? Omnes quidem Prophetæ ante faciem Christi transiisti sunt, Jesus autem Joannes sic missus est ante faciem Christi, ut pene cum ipso Christo veniret: Ex intima approximatione cum Christo præ cæteris tamquam ex ejus radiis verberatis, habuit, ut non homo, sed Angelus videretur, sic & Stephanus ex peculiari assistentia, ac visione Christi ex ejus splendore præ omnibus habuit, ut Angelus appareret.

Tertio D. Stephanus pius erat Spiritu Sancto, ut dicitur supra num. 5. & cap. 7. in fine, & tamen solum in se ostentat faciem Angeli, quod pulchre notavit D. Hilarius Arelaten. ferm. de S. Stephano, & ait: Abscondita pectoris ornamenta speculum frontis irradiant habens in se Spiritum Sanctum, os per se gestat Angelicum. Sic D. Stephanus nitebatur plenitudinem D. Spiritus quam in se intrinsicè habebat abscondere, ut extrinsecus non Deus, sed Angelus appareret; hoc est cæleste ingenium majora abscondere, minor ostendere, De illis antiquis sanctis ait Paulus Hebræor. 11. num. 37. Circumierunt in melotis, in pellicibus caprinis egenes, angustati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes. Utebantur melotis pellicibus caprinis per solito dines, ac deserta, nam ut notat D. Ephrem in Confess. ac reprehens. sui ipsius: In civitatibus habitum mutabant; neque enim scire volebant quidnam ipsi agerent.

Quarto & maxime ponderandum, quod Stephanus inter falsos testes eum accusantes, inter voces iniquorum clamantium, inter judices depravatos plenos odio, ac invidia, etiam ipse stabat, non torvo, ac terribili vultu, sed placida, suavique facie, velut Angeli, pro quo audiendus est Eusebius Gallican. ferm. de S. Stephano, & ait: Aspectus Angeli facies impiorum caduntur, & lapidantium conscientia, lapidati lumine percussa agnitionis cereis lapidantur. Inter illa tot, & tanta adversa facies Stephani relucebat, ac resplendebat tamquam facies Angeli, ut illi velut cereis accensis illuminati, agnita veritate, à sua iniquitate, ac perversitate desisterent.

Quinto, in confirmatione superioris rationis; facies Moysis, & Stephani radiabant lumine, sed ut Moyses loqueretur ad populum ponebat velamen super faciem suam. Exod. 24. num. 3. at Stephanus differens in Concilio nullum tale appoluit operimentum, quod egregie ponderat D. August. ferm. 6. de sancto Stephano, & ait: Moysi veste, quando velamentum posuit contra sanctam faciem suam, non lebat videre criminiosam faciem nostram; Stephanus vero

108. D. Hilarius. Arelat. Magna virtus est confidit, & non manifestat.

109. Resplendens ut sui illustraret ad veritates.

110. Exod. 34. D. August. vero

A Jesu merito revelatu facie sua speculabatur in Cælum gloriam Filii Dei, ideo videbam vultum ejus Judæi, tamquam vultum Angeli Dei. Moyses non resplendebat ex Jesu, & ideo nec videre, nec videri permittebat ab infensis Judæis; at Stephani splendor totus dimanabat à Jesu, & ideo neminem excludebat, imo crudelissimos, impiissimosque hostes admittebat, atque in eos suam infundebat lucem.

111. Sexto: Resplendescere tamquam Angeli propriam est corporis gloriosi post resurrectionem juxta illud Christi Domini Matth. 22. num. 30. In resurrectione non nubent, neque nubentur, sed erunt quasi Angeli Dei. Sancti post resurrectionem in ipsa gloria beatitudinis apparent tamquam Angeli Dei, Stephanus existens mortalis in terra tanta eminebat sanctitate, & fulgore, ut tamquam Beatus in corpore glorioso fulgeret uti Angelus Dei in Cælo. D. Fulgent. in ferm. de S. Stephano ait: Beatus qui in ipsa colluctatione pugnantis jam præfert speciem resurgentis splendore, Angeli enim Deus sanctificatum circumfudit adæctum. Existens in terra sanctificatum Beatiorum Cæli habet aspectum; Imo & altius Tertullian. lib. de resurrect. carnis cap. 5. ait: Stephanum instar Christi in transfiguratione Angelicum figurum induisse, ne dicam transcendisse, intelligendum in externa apparentia.

112. Septimo: Stephanus modo in Concilio magnum, & amplam habuit sermonem plenum altissimis mysteriis, quo non solum sua voce illuminavit præsentem, sed etiam nunc scripto absentes. De Doctoribus ait Daniel 3. numer. 12. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & quasi stella in perpetuas æternitates. Stephanus autem non fulgebat, ut splendor firmamenti, vel Stella Cæli, sed ut quid superius, ac supernaturale luce Divini Spiritus, quæ erat plenus, quæ in ejus vultu apparebat, ac si esset Angelus à Deo missus, ut alta, & supernaturalia denuntiaret, & ut stantes faceret sibi atteruros.

113. D. Fulgent. Interna virtus redundet in exterioris gloriam candor interioris redundet, habens interna se Spiritum sanctum os per se gestat Angelicum. Puritas, & sanctitas Stephani in interiori non erat hominis, sed Angeli, inde vultus ejus in exteriori non apparebat hominis, sed Angeli, interna puritas erat Angelica, sic & externa facies quod satis eleganter dixit Eusebius Emilienus homil. de S. Stephano ubi sic ait: Abundantia cordis transiit in corporis decus, in exterioris gloriam candor interioris exundat; & abscondita pectoris ornamenta speculum frontis irradiant; habens intra se Spiritum Sanctum, os præ se gestat Angelicum.

De fortissimo Davide ait Textus 1. Reg. 16. num. 12. Erat autem adolescens rufus, & pulcher aspectu, Theodoretus legit: Rufus pulchritudine oculorum. Cum David esset elegantissima facie, cur præ cæteris pulchritudo oculorum ejus decantatur; quid habuerunt oculi, ut insigniter eorum decor tantum extollatur? Dicebat ipse Psalm. 24. num. 15. Oculi mei semper ad Dominum. Cum interni oculi semper essent defixi in meditatione, ac contemplatione Divinæ bonitatis, ejusque magnitudine, inde ex tanto suo decore novum quandam pulcherrimum splendorem in externos oculos exundarent. Theodoret. questione 49. ait: Er ipse erat Rufus cum pulchritudine oculorum: Imitabantur enim animi oculos oculi corporis; illi enim acute cernebant, & contemplabantur eum, qui non cadit sub aspectu.

114. 1. Reg. 16. Internus animus semper proditor, & manifestatur in facie: Ob furatam benedictionem Esau per industriam Iacob ait Textus: oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixit ei Pater: dixitque in corde suo: venit dies luctus Patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Genes. 27. num. 41. Ille dixit in corde suo, & subdit textus: Nuntiata sunt hæc Rebeccæ; si dixit in corde suo, quomodo fuerunt aliqui; qui hoc nuntiarunt matris: unde hoc cognoverunt venientem? Quod latebat in corde in faciem redundavit torvo, & minaci vultu. Acacius in Catena Græca; Diodorus, & inquit: Quamquam hoc secum facinus sæpe volutus Esau non potuit suam non prode mentem; ita ut ex conjectura facile quis matri renuntiare posuerit.

115. Internus animus semper proditor, & manifestatur in facie: Ob furatam benedictionem Esau per industriam Iacob ait Textus: oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixit ei Pater: dixitque in corde suo: venit dies luctus Patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Genes. 27. num. 41. Ille dixit in corde suo, & subdit textus: Nuntiata sunt hæc Rebeccæ; si dixit in corde suo, quomodo fuerunt aliqui; qui hoc nuntiarunt matris: unde hoc cognoverunt venientem? Quod latebat in corde in faciem redundavit torvo, & minaci vultu. Acacius in Catena Græca; Diodorus, & inquit: Quamquam hoc secum facinus sæpe volutus Esau non potuit suam non prode mentem; ita ut ex conjectura facile quis matri renuntiare posuerit.

116. Damianus. Nequitia nulli qui facit mirabile. De qua multum, & optimo iure miratur Cardinalis Petrus Damianus ferm. de S. Stephano ubi sic ait: Mirum quia non rebocantur infuati nulli qui novitate miraculi, quod luminosa Protobomatrix facies non refranet insanos. Videbant, inquit, faciem ejus tamquam vultus Angeli sancti inter illos. Hoc valde mirum, & inusitatum erat, maxime ostendens hominum insaniam, qui videntes Stephani faciem relucens, à tanta luce non illuminantur illorum animi, ut à sua tenebrosa insaniam desistant. Astant custodes ad sepulchrum factò magno tremore refurgit Christus, milites veniunt in civitatem, auroque corrupti veritatem abscondunt, dicuntque, quod Ipsi dormientibus venerunt discipuli ejus, & furati sunt eum. Matth. 28. num. 23. Christus resurrexit corpore glorioso mirabiliter radiante, maximo fulgore, admirabilem luminum splendore ad eorum conspectum, cætera hujus sæculi lumina, ut valde exigua disparent, & tamen militum animi sic ab avaritia sunt obcecati, & ut ait D. August. in Psalm. 63. Avaritia captivavit militem custodem sepulchri, ita eorum animi perverfa, ac caliginosa malitia erant obtenebrati, ut à toto fulgore, quo totus illuminabatur orbis, ipsi in sua perversitate, ac tenebrositate depressi remanerent, dicentes: Nobis dormientibus venerunt discipuli ejus, & furati sunt eum.

QUÆSTIO XV.

Quare fulgenti Stephani facie iniquitas astantium in Concilio non refranatur, ac miscescit?

117. Dan. 14. Nequitia non cogitat, neque periculum præcaverent. Vide tom. 6. in Evangel. cap. 27. Matth. q. 5.

Magnis, ac præclarissimis donis resplenduit Daniel in Babylonia somnia, & visiones inexplicabiles aperuit, ac exposuit Nabucodonosori, ac Balthazari, scripturas Darlo declaravit, & tandem instantibus ejus accusatoribus in Leonum lacum missus est, unde illæsus exivit, ipsi suis criminatoribus injectis in momento à Leonibus devorati sunt. Daniel. 6. n. 16. Dani. 6. & 24. Postea rebus decurrentibus, cum Babylonicum adorarent quendam draconem tamquam Deum, ipsi Daniel interfecit, ut tantam ab hominum mente aboleret perversitatem, Draconis Sacerdotes indigni Daniëlem ad leonum lacum exposcunt, tamque instanter, ut Regi dicant: Trade nobis Daniëlem, alioquin interficiemus te, & domum tuam. Daniel. 14. n. 28. Nequitia non sane, admiratione, & expensione dignissimum? Cur cogitat, neque proprium periculum præcaverent. Vide tom. 6. in Evangel. cap. 27. Matth. q. 5.

118. Dan. 14. Nequitia non cogitat, neque periculum præcaverent. Vide tom. 6. in Evangel. cap. 27. Matth. q. 5.